pro die hodiernam solvendam recipiendam ex vi eius obligationis ab illo tole-
re numeraverit et de perceptis quietare verum quoniam prefatus
Marcus Stadnicki pro hodiernam die eandem summam pecuniam reponere
et obligationi satisfacere minime curavit ideo prefatus Fran-
ciscus Zagorski cum ipsum Marcum Stadnicki de sua diligentia
protestatus est

Therlieczky Quietat Alios

Comparens personaliter coram officio et actis publicis Castrensibus Capi-
tanealibus premisliensibus nobilis Fedor Therlyeczki Namyesznik
Drohobiciensis Recedens a iure suo terrestri publice palam ac per ex-
presum Renuntiavit Quia est sibi satisfactum de summa quadri-
gentorum florenorum pecunie monte polonicalis a Nobilibus Va-
sko Diacon et Vasko Hryczko ac Paulo Therlyeczkie quam ha-
buit super bonis suis ac certis sortibus villarum Lubochow Rosso-
chi et Therlo actis Castrensibus premisliensibus inscriptis Nomine cuius sa-
tisfactionis eosdem de summa prefata quietat inscriptionem eius inscriptionis
in toto casat mortificat et in nihilum redigit

Oblata Literarum pro parte Czlinski

Oblate sunt litere pargamenee sue Regie Mtis sub titulo et si-
gillo eiusdem sue Regie Mtis sane salve et illesse ad officium et acta
publica Castrensia premisliensia ex parte Nobilis Mathie Clynski
Quas litteras per officium ut in acta publica inscribi et actitari
officium Amicum petitioni prefati Mathie Clynski easdem litteras
in acta publica inscribi et actitari admisit. Quarum litterarum tenor
est talis

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lithwaniae Russiae Prussiae Mazoviae etc. dominus et heres
Significamus tenore presentium Quorum interest universis et sin-
gulis presentibus et futuris hanc notitiam habituris Quia
fidelis servitia nobilis Mathie Klynski Curie nostre Droho-
biciensis notarii per Generosum Joannem Stargerowski Tribunum Sam-
boriensem et Capitaneum Drohobiciensem habendo commendata eidem prefato
Nobili Mathie Clynski concessimus dedimus ac donavimus
presentibusque litteris nostris concedimus donamus atque ex nostre do-
nationis agrum salinarium dictam Zurowycza liberam in
Casis nostris Regalibus Drohobiciensibus in quibus sal decoqui-
tur et per equos nostros Zuppe Drohobiciensis extrahitur hauri-
enda videlicet ex fenestra sursum extrahendam ac eundem ad Casam
eiusdem Nobilis Mathie Clynski in et super duas pallelas dicte
Cziani Camalibus libere eundi ac stillandi propter coctura et
usum salis semper sine intermissione quantum salis preffati quot-
tanis pro omni sua exhorali necessitate ipse vel per quemvis
alium elaborare poterit sine quovis impedimento prefectorum

Zuppe nostre prefati Drohobiciensis et sine ordine illius loci a vetustis tem-
poribus observato alias przesz obrzedy Cuiusque solutionem Coquina-
ria Cossowy dicta ad vitae eius extrema tempora Proinde Ge-
nerosus Stanislao Orlyk Suppario nostro Russiae et aliis nostre et pro
tempore posthecque existentibus Zupparis fidelibus Nobis dil-
lecto mandamus quatenus prefatum Nobilem Mathea Clynski
fidelem nobis dilectum iuxta litteras presentes per nos illi concessas
conservent et illum ab usu aquae prefatae extrahendi non impedi-
ant atque a solutione Coquinaria liberum quoad vixerit faciant
pro debito suo et gratia nostra secus non factum In Cuius Rei te-
stimonium Sigillum nostrum presentibus et impressum Datum in Olitha
die decima septima Maii Anno domini millesimo Quingentesimo
Quinquagesimo sexto Regni nostri vigesimo septimo 1556.

Joannes Przerembski
Rex Vicecancellarius Sept

Relatio Rdi Joannis Przerembski Re-
gni Poloniae Vicecancellarii Gnezneni
Gracie prepositi

Relatio Mialis ex parte Horodiskich contra Stupniczkie

Mialis terris premisliensis Providus Thoma de Ozimyna una cum
Nobilibus Jaczko Jamyenski et Jurko Kolczyczki secum com-
parentes coram officio et actis publicis Castrensibus premisliensibus stans
personaliter in vim relationis sue Renuntiavit Quia eidem Mialis et
eidem Nobilibus est obductum et protestatum ex parte Nobilium
Jaczko Hryczko et Vasko Horodyskich feria tertia post do-
minicam conductus Pasche proxime preteritum anno proxime pre-
teritto Inter eum Nobiles Jaczko Pawel Fyetsko Myskowye-
cha Fyetsko Clymko Szechowyetha Jaczko Ihnatho-
wycz Fyetsko Pawlowycz Stupniczkie et Hryczko Zely-
borski Quia ipsi disiecerunt et annihilaverunt scopulos tam
parietales quam Aciales dimidium bona inter Horodyscze
et Stupnicze velut ea disiectione et annihilatione scopu-
lorum ipsi Stupniczki fundum prefatorum Horodyskich ad
bona sua ville Stupnicza appropriare Que ita et non
aliter fieri ipse Mialis et Nobiles prefati Renuntiavit super quo memo-
riale solutum est officio presenti

Copromissum inter Glowa et Kra-
Sziczkie

Comparens personaliter coram officio et actis publicis Ca-